

235 Valerio Corvino

Un Gallo sfida a duello i Romani; a rintuzzare la sua tracotanza si fa avanti Valerio, che vince con l'aiuto prodigioso di un corvo; perciò i Romani poi lo chiamano Corvino.

Bello contra Gallos, cum Romani tempus in castris quieti tererent, Gallus quidam, magnitudine et armis insignis,¹ ex acie processit et, cum silentium omnibus imposuisset, unum e Romanis provocavit, ut secum ferro decerneret. Erat tum in castris tribunus militum M. Valerius, qui certamen non recusavit et armatus in medium processit ut contra Gallum pugnaret. Sed dum adulescens Romanus cum Gallo manus consērit, tradunt corvum consedissee in galea eius. Tribunus putavit hoc augurium de caelo deos misisse, et oravit ut numina sibi propitia in pugna adessent. Corvus, cum certamen initium habuit, levans se alis, os oculosque Galli rostro et unguibus invasit: qua re Valerio haud difficile fuit hostem turbatum interficere. Tum corvus avolvit et Romani, victoriā laeti, Valerio Corvino cognomen indiderunt.²

¹ **insignis**: attento; concorda con *Gallus*, non con *armis*. ² **Valerio... indiderunt**: «diedero a Valerio il soprannome di Corvino».



■ Analizza e scrivi i paradigmi delle forme verbali contenute nel brano.



■ Prova a ricordare il soprannome di altri personaggi della storia romana.

236 Sofocle si difende dall'accusa di pazzia

I figli di Sofocle vogliono far intendere il padre, che per la poesia trascura il patrimonio; il poeta, a propria difesa, recita in tribunale la tragedia a cui sta lavorando in quei giorni.

Rerum scriptores tradiderunt Sophoclis filios, cum poeta ad¹ summam senectutem tragoedias scripsisset, in iudicium patrem vocavisse, dicentes eum propter hoc studium rem familiarem neglexisse. Sophocles igitur, iam admōdum senex, cum² per totam vitam civitati profuisset maximamque sibi laudem comparavisset, propter filiorum avaritiam ut quilibet reus in iudicium venit. Ingrati iuvenes a iudicibus petebant ut patrem desipientem esse declararent eumque a rei familiaris administratione removērent. Cum autem iuvenes multa dixissent de patris incuria ac negligentia iudicumque sententia ad eorum voluntatem iam inclinaret, tum senex eam tragoediam quam iis diebus scripsērat, Oedipum Colonēum,³ defensionis causā⁴ ante iudices recitavit. Constat iudices ea tragoedia adeo motos esse, ut in sententia edixērint poetam plene compōtem sui esse.

237 Un assalto dei Boi

Il console Ampio manda due legioni ad invadere il territorio dei Boi; ma, mentre i soldati sono sparpagliati per l'approvvigionamento di grano, i Boi li sorpresero con un assalto improvviso.

P. Aelius consul audiverat Boios ante suum adventum incursiones in agros sociorum fecisse; ideo duas legiones subitarias tumultus causā¹ conscripsit; quattuor cohortes de exercitu suo ad eas addidit; demum C. Ampium, praefectum sociorum, hac tumultuaria manu agrum Boiorum invadere iussit. Ampius ad hostium fines pervenit et primo populationes satis prospere ac tuto fecit. Delegit deinde ad castra satis idoneum locum; postea, cum iam in agris maturaerent segetes, ad frumentationem animum intendit. Minime vero curaverat stationes satis firmas ad defensionem militum inermium atque operi intentorum ponere; itaque cum improvviso Gallorum impetus frumentatores circumvenisset, tum ingens pavor fugaque etiam armatos cepit. Multi milites per segetes dissipati mortem invenerunt, ceteri in castra confugerunt. Narrant superstites, cum proxima nocte² magnam partem rerum suarum reliquissent, ad consullem per saltus prope invios pervenisse.

da Livio

¹ **tumultus causā**: «per una scorreria»; *causā* + genitivo rende il complemento di fine. ² **proxima nocte**: «la notte successiva».



■ Analizza e scrivi i paradigmi delle forme verbali contenute nel brano.

238 La costituzione di Licurgo

La costituzione creata da Licurgo per gli Spartani era improntata alla severità e alla frugalità.

Antiquissimis temporibus Lycurgus optimas leges Spartanis instituit. Parsimoniam omnibus suasit, existimans laborem militiae adsidua frugalitatis consuetudine tolerabiliorem fore.¹ Emi singulā non pecuniā, sed compensatione mercium iussit. Auri argentique usum velut omnium scelerum materiam sustulit. Fundos omnium aequaliter inter omnes divisit, ut aequata patrimonium neminem potentiorum altero redderent. Convivia agere² omnes publice iussit, ne cuius divitiae³ in occulto essent. Iuvenibus non amplius una veste toto anno permisit, nec quem-

quam cultiorem vestem quam alterum induere iussit,⁴ ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros non in forum, sed in agrum deduci iussit, ut primos annos non in luxuria, sed in opere et in laboribus agerent. Virgines sine dote nubere iussit, ut uxores eligerentur, non patrimonium, severiusque matrimonia⁵ sua viri coercerent, cum nullis frenis dotis tenerentur. Maximum honorem non divitibus et potentibus, sed senibus tribuit, nec usquam senectus honoratior quam in Lacedaemoniorum urbe fuit.